Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quecumq: dixi. Non turbetur cor uestrum neq: formidet. Audistis
quia ego dixi uobis uado ad patrem meum. quia pater maior me est.
Ascensurum enim se esse dixit ad patrem. et contristati sunt discipuli qd
eos corporali forma desereret. et ait illis. Quia dixi uobis uado
ad patrem. tristicia impleuit cor uestrum. Si diligeretis me gaude
retis utiq: quia uado ad patrem. quia pater maior me est. hoc
est dicere. Ideo subtraho uris oculis istam serui formam inqua pat
maior me est. ut ab oculis carnis serui forma remota dnm spiritalit
uidere possitis. Ergo et ppter ueram formam serui quam susceperat
uerum dixit. pater maior me est. qa utiq: homine maior est ds.
et ppter ueram formam di inqua permanet cum patre uerum dixit ego
et pater unum sumus. Ascendit g ad patrem pm qd homo erat. s:
mansit in patre p id qd ds erat. quia in carne ad nos pcessit.
et a patre non recessit. Ascendit inquam ad patrem uerbum quod
caro factum est. ut habitare in nobis. et sua presentia replisit dicens.
Ecce ego uobiscum sum omnib; diebus usq: ad consummationem scli.
Secdm formam serui dicit de illo iohs apls. Qui cum in forma di
esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. s: semetipsum exin
anuit formam serui accipiens. Secdm formam dei ipse de se
loquitur. ego et pater unum sumus. secdm formam serui dicit
tristis est anima mea usq: ad mortem. Unde illa fiducia. Unde
ista formido. Illa utiq: uox exproprietate substantie. ista uero
exparticipatione infirmitatis assumpte. Hec g km prudentes
intellegentes de scripturis scis du legimus discernamus. s; du
discernimus ne fortasse erremus intellectum abipso dno postule
mus. cui est honor et gla in scla scloz. a or t ty.

Ipse est uer ds. Iuxta eternam, Secdm di formam die de illo paul apls.